

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Dissertatio Inavgvralis Jvridica, De Decreto Distribvtionis In Concvsibvs
Creditorvm Nonnvllibi Recepto**

Erfodiæ: Litteris Groschianis, [1729]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn894881280>

Druck Freier  Zugang





K.K. - 1 (60.)



DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA,
DE
DECRETO
DISTRIBUTIONIS
IN
CONCVRSIBVS CREDITORVM
NONNVLLIBI RECEPTO,

QVAM
EX INDVLTV ILLVSTRIS JCTORVM
LIEBERKÜHNII *ORDINIS*
SVB PRÆSIDIO

DN. ERNESTI TENZELII, JC_{TI},

ELECTORALIS REGIM. CONSILIARII, JUDICII PROVINC. AC FACVLT. JVRID.
ASSESS. PRIMARII, EJVSDEMQUE H. T. PRO-DECANI, NEC NON CIVITATIS
CONSULIS PRIMARII,

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ATQVE PRI-
VILEGIA RITE CAPESSENDI,
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI,
HORIS CONSVETIS,

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR

CHRISTIANVS WILH. Claubart/
ELTSTRO-MONT. VARISCVS,

DIE XXI. MARTII M DCC XXIX.

ERFORDIÆ,
Litteris GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

V I R O

PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSVLTISSIMO
DOMINO,

DN. GEORG. FRIEDERICO

Spizner,

JCTO CELEBRATISSIMO,
PRÆFECTVRÆ VOIGTLANDIÆ PRÆPOSITO GRAVISSIMO,
&c. &c.

PATRONO SVO IMMORTALIBVS ERGA
SE MERITIS CONSPICVO,

VT ET

V I R O

PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSVLTISSIMO
DOMINO,

DN.GODOFREDO WILHELMO

Ermisch,

AVGVST. POLONIAR. REGIS ET ELECTORIS SAXONIÆ INSPECTORI ACCISA-
RVM, ET CAVSARVM PATRONO FAMIGERATISSIMO, &c.

FAVTORI SVO COLENDISSIONE,

TENVE HOC SPECIMEN IN AVGVRALE

EO QVO PAR EST ANIMI CVLTV SACRVM
ESSE CVPIT,

PERENNEM APPRECIAVRL FELICITATEM

AC

SE PERPETVO EORVNDEM COMMENDAT
AFFECTVI

CHRISTIANVS WILHELMVS Klaubart.



CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

- | | |
|--|---|
| §. I. Origo Processum. | §. XIX. Genus definitionis expēditur.
Causa efficiens hujus definitionis. |
| §. II. Origo Processus Concursus. | §. XX. Materia decreti distributionis. |
| §. III. Quando Processus Concursus creditorum locum tutatur. | §. XXI. Objectum Decreti distributionis. |
| §. IV. Duo ad minimum Creditores desiderantur ad Processum Concursus exercitandum. | §. XXII. Forma decreti distributionis. |
| §. V. Scopus Processus Concursus. | §. XXIII. Adjuncta Decreti distributionis. |
| §. VI. Effectus Processus Concursus primus. | §. XXIV. Gratificatio in quantum permissa. |
| §. VII. Concursus Cambialis non suspenditur per Concursum motum. | §. XXV. Juris Saxonici de gratificatione sententia. |
| §. VIII. Jus retentionis non exulat in Processu Concursus. | §. XXVI. An usura & sors in eadem collocandæ classe? Expenditur affirmatum sententia. |
| §. IX. Effectus Processus Concursus secundus. | §. XXVII. Proponitur negantium opinio. |
| §. X. Effectus Processus Concursus tertius. | §. XXVIII. Diversæ hæ sententiae secundum in vicem conciliantur. |
| §. XI. Quartus effectus Concursus motio. | §. XXIX. Sententia ista ex Jure Saxonico deciditur. |
| §. XII. Quousque judicium concursus universale sit. | §. XXX. An pecunia in antecessum soluta forti, an usuris, imputanda. |
| §. XIII. Quidnam in Processu Concursus agatur. | §. XXXI. Proponitur quæstio an Decretum distributionis gaudeat viribus ree judicata. |
| §. XIV. Finis Processus Concursus. | §. XXXII. Propugnatur sententia negativa. |
| §. XV. Remedia suspensiva in Processu Concursus interponuntur. | §. XXXIII. Illustratur sententia negativa. |
| §. XVI. Executio in Processu Concursus. | §. XXXIV. Ex jure Canonico illustratur hæc sententia. |
| §. XVII. De Decreto distributionis. | |
| §. XVIII. Definitio Decreti distributionis. | §. XXXV. |

A

§. XXXV.

- | | |
|---|---|
| <p>§. XXXV. Causæ cognitio præcedere debet sententiam viribus rei judicatae nanciscendis parem.</p> <p>§. XXXVI. Ulterior illustratio.</p> <p>§. XXXVII. Ulterior hæc sententia stabilitur.</p> <p>§. XXXVIII. Rationes quæ sententia negativa opponuntur sifuntur.</p> | <p>§. XXXIX. Solutio horum dubiorum.</p> <p>§. XL. Ulterior solutio.</p> <p>§. XLI. Continuatio hujus solutionis.</p> <p>§. XLII. Porro insistitur huic solutioni.</p> <p>§. XLIII. Genuinus effectus Decreti distributionis.</p> |
|---|---|

§. I.



Quidem omnes Creditores eo polle-re jure ut Debitores suos ad id pos-sint adigere, quo exsolutione debiti suo satisfaciant officio, satis consta-re arbitror. Sed diversa debitorum condicio, diversa etiam obligationis contracta indoles, diversas produxit rationes quomodo creditores ad fructum juris sui aspirare possint. Diversi itaque proce-dendi modi, quibus in foro utimur, ex diversitate obliga-tionum, & ex diversitate debitorum descendunt. Alium itaque Processum ordinarium, alium summarium, alium executivum, existere, id efficit diversa obligationum na-tura. Alium vero Processum militarem, alium vero Pro-cessum Concursus Creditorum occurtere, id proficiscitur ex diversa eorum, qui in jus vocantur, conditione.

§. II.

Sed à scopo meo alienum est fundamenta omnium processuum investigare, potius de solo Concursus Proces-su verba quædam facere decrevi, quippe cui processui, tan-tummodo propter debitoris cum tanta inopia conflictan-tis ut singulis suis Creditoribus satisfacere impar sit condi-tionem, locus relinquitur. Unde etiam Concursus Credi-torum universale quasi repræsentat judicium, inter diver-sos creditores, eorumque debitorem communem, coram hujus judice competente constitutum, ut illis prævia liqui-datione

datione juxta prioritatem deductam ex bonis debitoris satisfiat.

§. III.

Ipsem vero Concursus Creditorum varia excitari solet ratione, sic enim animadvertisimus nonnunquam debitorem bonis cessurum creditores suos convocare, *arg. l. 3. c. qui bon. ced. poss. eo consilio quo molestiis particularium processuum supersedere possit, nonnunquam vero Creditores debitorem suum obstatum existere ex sufficientibus indiciis colligentes, Concursum ad universalem satisfactionem consequendam inchoari desiderare; quorum desiderium an suo gaudere debeat successu judicis est arbitrari, quippe qui variis circumstantiis perpenfis, desumptis, à fuga debitoris in ipso die solutioni destinata arrepta, nec non remissione cambiorum localium cum protestatione, ex cumulo mutuorum sub Conditionum gravantium onere avide contractorum, promissione usura-rum inconsuetarum, facili conjectura assequitur, an ad Pro-cessum Concursus deproperandum sit, nec ne.*

§. IV.

Ipsa vero loquendi ratio qua Concursus Processum aliis contradistinguimus luculento est indicio unum creditorem huic processui excitando nequaquam sufficere, quare duo ad minimum ei constituendo inservire. *a. l. 12. ff. de test. statuendum, quum inter binos creditores prioritatis disceptatio emergere queat. Proinde uxor debitoris cum alio creditore super prioritate certatura, formando Concursui, rite ansam suppeditat. Ad Concursum enim non tam creditorum multitudo, quam certamen de prioritate & ordine creditorum locationem exposcentium debitori integrorum debitorum exsolvendorum facultate destituto desideratur. a. l. 6. §. 2. § 7. l. 24. ff. que in fraud. cred.*

§. V.

Unius cuiusvis vero processus scopus is esse solet, ut Actor fructu Juris sui potiatur, qui scopus etiam in præ-

A 2

senti

senti Concursus processu est conspicuus, quippe tota Processus hujus ratio eo spectat, ut singulis creditoribus ita satisfiat, ne unus alterum à facultate consequendi id, quod sibi debetur, excludat, nisi forsitan potiori jure iste gaudeat. Creditorum scilicet Concursu semel excitato, singula quæque debitoris bona in massa existentia non amplius ad debitorem sed potius ad creditores communi Jure spectare videntur, quare ante sententiam designationis vires rei judicatae noctam, cuiquam à debitore per gratificationem solutum, ab aliis potiore gaudentibus jure, e. g. privilegiatis, Hypothecariis anterioribus, tanquam indebitum condici & repeti potest. a. l. 6. §. fin. ff. de reb. aut. jud. poss. l. 24. ff. quæ in fraud. cred. l. 22. §. 6. C. de Jure delib. l. 5. C. de Priv. fisci. RHE-
 TIVS de non gratificando P. I. cap. 1. 2. § 3. in Vol. I. disp. 19.
 quæ singula in tantum procedunt, ut nec in unius creditoris cōmodum executio aut immissio pendente Concursu decerni possit. a. l. 6. §. 7. ff. quæ in fraud. cred. cap. I. X
 ut lite pendente nihil innovetur. Nec transactio creditoris remissionem continens cum debitore eo tempore suscep-
 ta subsistit. a. l. 6. §. 11. quæ in fraud. cred. quorsum etiam referunt quidam, quod lucrum omittere & hereditatem delatam, aut simile emolumentum, repudiare nequeat. Huic tamen opinioni manifesti juris Romani dispositio repugnat. l. 134. ff. de Reg. jur. l. 6. pr. §. 2. § 4. l. 19. l. 20. ff. quæ in fraud. cred. l. 5. §. 13. 14. ff. de donat. inter vir. § uxor. Ex-
 cellentissim. KRAVSSE in Diff. de pacto hereditatis renunciati-
 vo. Cessio tamen Juris delati quippe quæ acquisitionem jam factam presupponit, a. l. 25. §. 5. § 7. ff. de acquir. vel
 emitt. hered. illicita utique est. vid. B. MENCKENII Tract.
 Synopt. Proc. Tit. 41. §. 8. Ex iis omnibus & id colligitur,
 concursu formato debitori facultatem alienandi adimi, ita ut ejusmodi alienatio sit ipso jure nulla, igitur traditio spe-
 cierum pecunia pignoris nomine creditori facta nullius loco est habenda, quum eadem species deinceps à credi-
 toribus in natura revocentur, si quidem existant; Sin-
 mi-

minus, earum aestimatio cum interesse moræ petatur. vid.
Perillust. à BERGER Oeconom. Jur. Lib. 4. tit. 31. tb. 1. not. 3.

§. VI.

Nec haud abs re me facturum arbitror, si brevibus ad hoc monuerim, Processui Concursus varios tribuendos esse effectus. Primus scilicet litispendentiam fistit, ac specialibus obsistit petitionibus. a. l. 6. §. 7. in fin. ff. quæ in fraud. cred. MEVIVS P. 2. decis. 250. & P. 4. Dec. 158. n. 4. Cessant itaque omnes actiones antea specialiter motæ, & suspenduntur, ac actores ad forum Concursus remittuntur. Licet itaque in alio judicio condemnatus sit debitor, suspendenda tamen, Concursus interveniente, Executio, quippe quæ in aliorum creditorum tendere possit præjudicium. Sed si ante Concursum res quædam debitoris adjudicatione in aliquem translata, vel creditori cuidam in solutum data, vel ita tradita, ut in solutum capere possit creditor, quandocunque hoc ipsi e re sua esse videtur, Concursus subsecutus nihil horum immutat, quæ res sua nititur ratione, Concursus enim subsequens jus alteri quæsitum tollere haud valet. Vid. ANTONIVS FABER in Cod. Lib. 6. Tit. II. defin. 2. n. 4.

§. VII.

Fac vero creditorem adversus debitorem suum ex literis Cambialibus obligatum agere, & ut personali Arresto tamdiu, donec solutione defunctus sit, detineatur, urgere, debitorem vero ad forum Concursus provocare, ac ut iste particularis processus cambialis fistatur contendere, Debitor tamen merito suo excidit voto, potius arresto personali mancipandus, & debitori nullum repositum est præsidium in eo, quod Concursus processus sit judicium universale, ac suspendat executiones reliquas, suspensio quippe reliquorum processuum particularium ac executionum hunc sibi tantummodo habet præfixum scopum, ne reliquis Creditoribus concurrentibus afferatur aliquod præjudicium, cuius tamen præjudicii prorsus sunt expertes, si persona debitoris apprehendatur, ex bonis enim ejus hac

A 3

ratio-

ratione nihil decedit, aquissimum ergo erit, processum Cambialeum nulli remora fieri obnoxium.

§. VIII.

Moto Concursu persæpe evenire solet, ut tertius aliquis possessor prædium quoddam ad debitorem jure Domini spectans possidere cernatur, qui jus retentionis in eo prædio propter impensas in id factas exercere cupit, creditores vero exulare jus retentionis contendant, asserentes ad forum Concursus remittendum possessorem. Sed salvum esse jus retentionis ea ratione adducor, exceptio enim, quæ opponi poterit, creditori hypothecaria actione experiunti, ea pariter opponi poterit creditoribus pluribus concurrentibus, & à tertio rem revocantibus causa vero modo præstructo etiam adversus creditorem hypothecarium jus retentionis suum præstare usum comprobat l. 29. §. 2. ff. de pign. & hypoth. v. MEVIVS P. s. Dec. 379. BERNH. SCHVLZE in diss. de Jure retent. th. 26. Quod tamen Jus retentionis subhastatione subsecuta expirare largior. vid. Ord. Proc. recogn. Sax. Tit. XLI. §. 1.

§. IX.

Secundus effectus, qui ex moto Concursu proficiuntur, absolvitur exclusione juris offerendi, nimirum integrum alias est creditori posteriori priori offerre pretium, ac sic consequi possessionem rei oppignorata l. 1. Cod. qui pot. in pign. Excitato tamen Concursu res oppignorata quam prior creditor possidet, à creditore posteriore avocari nequit, pendente enim Concursu nihil innovandum, præprimis quuni nondum consummato Concursu singulorum creditorum jura incerta existant ac sublite versentur. MEVIVS P. 4. Dec. 158. n. 3.

§. X.

Subsequitur jam tertius effectus, nimirum causæ continentia scil. judicium concursus individuum est, unde omnium creditorum causas, tanquam connexas, ad se trahit, coram uno eodemque judice excutiendas, connexorum quippe idem debet esse judicium. Nulla sic discriminis

nis intercedit ratio sive istæ lites nondum formato, sive jam formato Concursu natæ sint, sive alibi jam decisæ & judicataæ; Unde judex Concursus causas ejusmodi particulares ubique avocare potest. v. LEYSERI *Diss. de Conc.* § Grad. cred. c. 1. th. 1. lit. a. merito idcirco concursus judicium universale nuncupatur, & quod universa debitoris bona tam corporalia, quam jura concernit. vid. STRUV. *Synt. Jur. Civ. exerc. 10. th. 41.*

§. XI.

Postremo tandem concursui creditorum suos debet natales communio quædam bonorum spectans ad singulos creditores, quam communionem non id indicare mo-neo, ut nimirum exinde æqualitas juris creditorum circa bona debitoris resulteret, cuique enim prælationis privilegium inconcussum & salvum remanet, sed hoc respectu communionis elogium adhibere placet, quod nemini in-vito altero ex bonis concursui subjectis quicquam exfolvi possit, omnesque tamdiu gaudeant communi jure donec super prioritate pronunciatum fuerit. MEV. P. 5. Dec. 125. n. 1. Sed communione hac inter creditores intercedente sequi exinde prono alveo videtur, eum cui cessâ actio quædam à debitore communi ante subortum Concursum fuit, juris hujus cessâ jacluram facere, quam cedens etiam fa-cta cessione Dominus actionis & creditor remaneat. l. 3. C. de novat. l. 9. C. de Procur. Quod Jus proinde excitato concursu creditorum ad creditores transfire videtur. Sed Dominium istud remanens in cedente sola juris Romani subtilitate nititur, quippe Romanis persuasum erat, actiones & obligationes semel acquisitas à contrahentibus di-velli & separari non posse, cui tamen subtilitati nuncius in foro missus. v. Illustr. de WERNHER in *Enunciatis. Enunc.* 415.

§. XII.

Concursum Creditorum esse judicium universale omnes-que ad se pertrahere processus particulares supra assertum fuit, qua tamen opinio iis circumscribenda est limitibus,
ut

ut solum subintelligatur de litibus adversus ipsum debitorum motis, non vero de iis, quibus adversus tertium experimur. Quare nihil impedimento est Creditori, qui nomen suum in ipso concursu professus est, quo minus tertium hypothecæ sua possessorem conveniat, res quippe difficillimi censetur esse exitus è massa Concursus id quod sibi debetur consequi, præ primis quum Creditoribus in dultæ sint variationes, & debitor propter Concursum motum ulterius non solvendo existere præsumatur. Ex eodem fundamento Creditor, qui duos correos sibi obligatos habet, perseverante adhuc concursu adversus unum correum, alium correum cuius bona nulli Concursui sunt obnoxia felici successu in Jus vocat. vid. BRVNNEM. de Proc. Concurs. Cred. cap. I. §. 8. § 9.

§. XIII.

Concursu vero suborto præcipua cura judicis in eo versari debet, ut non tantum in veritatem actionum à creditoribus institutarum inquirat, sed & de ordine creditorum sit sollicitus. Quum enim facultates debitorum raro soleant sufficere, ut singuli creditores integrum consequantur satisfactionem, nonnulli tamen creditores hoc privilegio muniti incedant, ut reliquis potiores existant, tantaque prærogativa præ aliis fruantur, ut iis prius satisfactionem sit, licet massa Concursus hac satisfactione adeo exhauriatur, ut nihil supersit, unde reliquis creditoribus prospici queat, ipsa hujus processus indoles exposcit, ut quisnam alterum prioritate vincat summo studio excutiatur. Quare creditores non solum demonstrandis suis creditis operam dare, sed & inter se quis locum priorem obtineat certare debent. Duplex igitur sic passus liquidat scilicet & prioritatis emergit, utrumque horum judex sententia sua decidit. Diversæ vero sententiæ hic obviæ sunt, quibus Judex lites in hoc judicii genere subnatas dirimere satagit, opus nimirum est sententiis, vel præparatoriis, vel locatoriis, vel declaratoriis. In præparatoriis ad id respiciendum, quæ jura potissimum creditores prælimi-

minariter urgeant, quis debitoris absentis vel defuncti vicem gerat. Locatoria sententia quæ vulgo das Designations-Urthel audit, jura creditorum diversa ipsis ex natura debiti & legibus hujus vel illius provinciæ indulta intuetur, secundum quæ in diversas classes dividuntur, ut liqueat, cui ex iis ante reliquos satisfaciendum sit. Hacitque sententia decidit, non solum quoniam ordine unusquisque creditorum id quod sibi debetur consequi debeat, sed & quoisque unicuius creditoris spectata rei veritate quicquam juris competit. Subsequitur tandem sæpe sententia declaratoria aut Locatio ulterior, qua credores jura sua fortioribus rationibus deducentes adhuc classibus convenienter inseruntur, vel alia quædam in sententia designatoria obscurius proposita lucem suam fœrantur. Vid. supra laudatus MENCKENIUS ad Tit. 34. Ord. Proc. Sax. §. 72.

§. XIV.

Sententiis latis finis Processuum imminere solet, quod etiam in Processu Concursus contingere consuevit, quippe hisce tribus sententiis modo commemoratis à judice pronunciatis merito is scil. Judex ad finem processus de properare tenetur, scilicet ad solutionem cuius efflagitandæ ergo Creditores concurrunt. Scipiis tamen plurimi Creditorum suis excidunt votis ac nihil è massa concursus capiunt, excluduntur potius a Concursu, forsitan quod Massa Concursus exsolutioni ejus quod ipsis debetur non sufficiat, qua tamen exclusione auffertur ipsis quidem ius e bonis concursui subjectis aliquid petendi, non autem liberat debitorem ab obligatione personali, qua iis constrictus est, quippe quæ obligatio perpetuo durat, creditoribusque hac ratione exclusis largitur facultatem ex bonis debitori post consummatum Concursum obvenientibus eundem debitorem ut sibi solvat, quod debet, adiendi. V. BEYER. in Diss. de incommodis Processus Concursus §. 59. c. 6. X. de solut. SALGADO in Labyr. cred. P. 3. c. 16. n. 63. l. 3. ff. de Pass. quæ exsolvendi necessitas etiam hæredibus debitoris

B

toris

toris imposita est, qui tamen in terris Saxonici fruuntur hoc beneficio, ut exhibita jurata specificatione ultra hæreditatis vires & alienum à defuncto contractum dissolvere non obligentur. Ubi & id monere haud abs re esse duco, creditores exclusos ab una massa Concursus non simul exclusos esse ab altera. Fac enim debitorem in diversis provinciis bona immobilia possidere, tunc iis creditoribus qui in hac province frustra suam quærunt satisfactionem in alio territorio voti sui compotes fieri possunt.

§. XV.

Quemadmodum etiam aliis litigantibus non semper acquiescendum est in sententiis inter eos latis, sic etiam creditores impugnare possunt sententias in eorum præjudicium latas, nec enim remedia suspensiva in hoc processus genere denegantur. Appellatione igitur interposta sententiam designatoriam suspendere licet qua appellatione à superiore admissa causa ista qua provocatio anfam suppeditavit, ad superiorem devolvitur, non vero integer Concursus, sed reliquæ causæ, quarum tot classes speciales & distinctæ collocantur, quot adsunt creditores diversi à judice Concursus interim recte discutiuntur.

§. XVI.

Aliis Processibus executio finem imponere solet, nec hæc executio in processu Concursus exulat, deflectit tamen modus execuendi in hoc processu receptus ab executionibus in aliis processuum generibus usitatis, non enim hic prius ad mobilia, denique ad immobilia, & tandem ad nomina fit progressus, prout ex Juris Romani, non vero Juris Saxonici Electoralis Sententia proceditur, sed potius & in Saxonia, & extra Saxoniam, hic execuendi modus in Concursus processu prorsus ignoratur, interim tamen judex singulorum Creditorum peculiarem debet habere rationem, eidemque incumbit, omnia bona ad debitorem spectantia intercedente subhastatione seu auctione publica distrahere, massam facultatum tum ex pecunia penes debitorem reperta, tum ex pecunia ex venditione

tione bonorum debitoris redacta, certam constituere, hosceque numimos inter creditores distribuere. Huic scopo assequendo plurimum inserviet, si judex officii sui memor curam agat, ut per curatores bonorum bona debitoris rite administrentur, ab iis debito tempore rationes exigantur, & exactæ plene discutiantur, ne ex mora vel negligentia creditoribus quicquam oriatur damni. Vid. WILDVOGEL in Diss. de Processu Concursus Creditorum in foro Saxonico rite formando tb. 22.

§. XVII.

Creditis itaque ad liquidum perductis bonisque debitoris excussis deveniendum est ad Creditorum dimissionem, qua dimissio fit per exsolutionem ejus; quod unicuius debetur, quam tamen exsolutionem necessario præcedere debet accurata quadam DISTRIBVTIO, quam vulgo DECRETVM DISTRIBUTIONIS, germanice den *Distributions-Abschied*/ nuncupare solent. De quo Decreto distributionis jam verba quædam facere animus est.

§. XVIII.

Decretum vero distributionis quod stylo forensi elo-
gio des Distributions-Abschieds condecorare solemus com-
modissime ita describi potest: quod sit accurata calcula-
tio, qua intercedente judex, coram quo Concursus pro-
cessus pendet, determinat computatque quibusnam Credi-
toribus, & quanam ex parte, & quando, unicuius eorum
e massa Concursus satisfieri possit, quidque iisdem, nomi-
ne expensarum in utilitatem communem omnium facta-
rum pro rata parte summa accipienda sit detrahendum.

§. XIX.

Exhibita hac descriptione singulas ejus partes perlustrare haud incongruum erit, scilicet generis loco Calculati-
onis terminus usurpatus fuit, quam locutionem ne-
mo ægre feret, qui indolem hujus negotii pro eo ac par-
est expendit. Processus Concursus creditorum gratia suboritur, citra varias expensas peragi nequit, ut enim
istud judicium universale suo exoptato gaudeat successu,

variis opus est mediis fini assequendo inservientibus, nihil
judex, nihil Curator litis, gratis expedire tenetur, admi-
nistratio bonorum debitoris propter custodiam suam,
propter subhastationem, auctionem, insignes sumtus
depositit, hi itaque sumtus imminuunt superstites de-
bitoris facultates. Hisce tamen sumtibus nonnun-
quam massa concursus egregie consulitur, per subha-
stationem enim & auctionem pecunia redigitur ex ven-
ditione rerum massa scilicet Concursui subjectarum. Ex
administratione prædiorum fructus proficiscuntur ve-
num exponendi, & sic pariter creditorum emolumen-
tis cedentes. Per custodiam conservatur debitoris sub-
stantia relicta, ac cavetur, ne aliquam jacturam patia-
tur. Occurrunt itaque hic accepta & expensa, judicis
ergo est, utrumque horum creditoribus indicare, & non
solum acceptorum, sed & expensorum, iisdem fidem face-
re. Qua opera defungitur mediante Decreto distributionis
hoc enim sifit, & quid expensum, & quid acceptum.
Judex vero causa efficiens est Decreti hujus, & quidem is
judex coram quo integer ventilatur concursus, & licet
alias judex, non semper ipsem pronunciet, sed Jure-
Consultorum Collegia desuper consulat, eorundemque
informationem efflagit, id tamen nunquam circa de-
cretum distributionis usu venit, huic enim Decreto confi-
ciendo ipsem judex citra prævium consilium Jure-
Consultorum admovet manum, quumque unius debitoris er-
go varii persœpe Concursus existant, scilicet quando bona
ejus in variis dispersa sunt territoriis, indeque plures emer-
gent massa, tot peculiares dantur distributionis decreta,
quot peculiares sunt massæ.

§. XX.

Præcipuum vero caput hujus Decreti absolvitur ac-
curata dispectione quibusnam creditoribus satisfieri pos-
sit. Sententia designatoria, locatoria & declaratoria,
præscribunt judici normam quænam ratio formandæ di-
stributionis hac ex parte ab eodem ineunda sit. Prius-
quam

quam enim ad Decretum hoc transitus fit sententiæ locatioriæ designatoriæ vires rei judicatae nactæ præsupponuntur. Hasce sententias tanquam Cynosuram respicere debet Judex, nec ulli, cui in hac sententia aliquid denegatum id attribuere potest, nemini etiam jus ex sententiis hisce quæsitum auferre par est. Quare conficitur exinde, eodem ordine creditores se in decreto distributionis quo in sententiis designatoriis excipere, unde eadem classes, quæ in Sententiis designatoriis attenduntur, ad unguem in decretis distributionum observandæ sunt. Tantum itaque abest, ut judex classes creditorum jam formatas aliqua ex parte turbare, aut in veritatem creditorum inquirere possit, ut potius in Decreto hoc distributionis nudum executorem tantummodo eorum agat, quæ in Sententiis designatoriis continentur. Nulla itaque quæstio juris hoc Decreto decidenda, sed solummodo quæstio facti, nam de eo quærere fas est, quisnam Creditorum pro modulo facultatum relictorum & quo usque aliquid percipere queat. Proinde Decretum distributionis facultatem percipiendi assignat Creditoribus, abstinet vero prorsus ab assignandis juribus, quippe quæ jam omnia decisa elucescere debent ex sententiis designatoriis. Nulla enim jura assignat, sed tantummodo modum fructu juris quæsiti potiundi, & antè judicata exequendi.

§. XXI.

Quod vero omnia eo accurriatius procedant, judicii incumbit in formando distributionis Decreto attendere ad qualitatem bonorum, non enim omnia bona in custodia debitoris reperta singulorum creditorum satisfactioni applicanda, sed potius & qualitates debitorum & qualitates creditorum secum invicem accurate conferendæ. Quemadmodum itaque alii creditores feudales, alii vero allodiales existunt, sic & pecunia redacta ex bonis feudalibus tantummodo creditoribus feudalibus, ex allodio vero redacta creditoribus allodialibus cedit. Præprimis beneficij separationis habenda est ratio in iis scilicet visionibus in-

B 3

qui-

quibus alias hoc beneficium locum sibi vindicat, unde si pater & alienum contraxerit, filius pariter, & utriusque facultates creditis omni ex parte exsolvendis non sufficiant, filius vero patri hæres existat, adeoque Concursus creditorum respectu utriusque excitetur, tunc separanda sunt bona filii & bona patris, & contracta à patre debita etiam Chirographaria & nullo privilegio munita filii creditoribus, si vel maxime isti sibi hypotheca anteriori prospexerint præferuntur. l. i. §. 3. ff. de separ. quippe regula ista, qui prior tempore potior jure solummodo vim suam exerit, si cum uno eodemque debitore res sit, non vero si cum pluribus. Hæreditarii vero creditores tantummodo ad hoc beneficium separationis configere possunt. l. i. §. 1. ff. de separ. nonnisi vero Chirographarii eodem opus habent, dum hypothecariis satis subvenitur actione hypothecaria, SANDE l. 3. tit. 12. defin. 17. & ipsi Chirographarii excidunt hoc beneficio, si fidem secuti fuerint hæredis cautione, aut usuris animo novandi acceptis ab hærede. Petita vero separatione à quibusdam creditoribus hæreditariis, & reliqui creditores hæreditarii tanquam litis confortes licet separationis non efflagitaverint beneficium commodi tamen ex eodem proficiscentis fiunt participes. BRVNNEMANN. ad l. i. §. 16. ff. de separ. n. 27. Excluditur tamen hoc beneficium separationis in feudis, quippe in iis hypothecæ rite constitutæ suo collocantur ordine, sive à defuncto, sive ab ejusdem hærede constitutæ, omni neglecta separatione. Vid. CARPOV. P. I. Dec. 73. BRVNNEMANN. ad l. i. n. 3. ff. de separat.

S. XXII.

Nec vero sufficit determinare in Decreto distributionis quibusnam creditoribus satisfieri possit, sed & speciatim subjungendum ex quanam parte, aut quantum summam vice solutionis unusquisque consequatur. Quotidiana nimirum comprobat experientia superstites debitoris facultates plerumque esse tam tenues & exiguae, ut ne quidem creditis prærogativa quadam conspicuis integris

ex

ex solvendis sufficient, prærogativa vero quam unus Creditor prae altero sibi vindicat, & talem prærogativam solutionis operetur, ut quicquid supereft, suæ satisfactioni applicari debeat, licet posteriori creditori nihil relinquatur, persæpe contingit, ut posterioris Creditoris insigni cedat solatio si eidem solutione partis crediti sui succurratur. Quum vero Decretum distributionis unumquemvis creditorem edocere debeat, an integrum sibi debitam summam, an partem solummodo, an vero nihil consequatur, iudex munere suo hic rite defangitur, si in Decreto distributionis insimul indicet ipsam summam ejus exsolutionem admittit, massa Concursus modulus.

§. XXIII.

Sed non solum determinatio summae cuivis creditori exsolvenda ideo necessaria est, quia Creditores anteriores posterioribus persæpe solutionis media præcipiunt, sed & quia haud raro pendente Concursu & antequam Sententia designatoria vires rei judicatae nacta sit, iudex partem crediti exsolvit, opus itaque est indicare in Decreto distributionis quantitatem residuæ summae præstandæ etiamnum creditor. Variæ hic emergunt quæstiones, primo enim excutiendum an hæc gratificatio & repræsentatio solutionis judici permissa. Secundo quænam imputatio pecuniaæ in antecessum solutæ adhibenda sit, scilicet an in sortem, an in usuras, peragenda, quæ distincte exequenda sunt.

§. XXIV.

Quod attinet primo loco propositam quæstionem regulariter facultas hæc gratificandi judici merito denegatur, ac gratificatio ista ejus cedit periculo, unde judici, qui creditoribus posteriori loco collocatis proprio motu solvit, si ad eos Massa Concursus non pertingat, necessitas imposta est, pecuniam tempore distributionis reparare, aut ex propriis facultatibus restituere. Factum enim judicis nulli præjudicio cedere debet creditoribus potiori jure gaudentibus, nec subeundæ sunt iis istæ molestiaæ, ut solutum per

per gratificationem à posterioribus creditoribus per peculiarem condictionem repetere teneantur, sed judicem adigunt ut ipsemet resarciat damnum ipsis per anticipatam solutionem datum. vid. supra laudatus BEYERVS in *dissert. de incommodis quibusdam Concursus Creditorum* §. 57. Tuto tamen & absque omni periculo judex gratificatione hac defungitur, si bona debitoris anterioribus quoque creditoribus ad solutionem sufficient. l. 6. §. fin. ff. de rebus auditor. Judic. possid. RICHTER. de Privileg. Creditor. c. i. n. 47. Eadem gratificatio permissa cum creditori solutum de cuius prælatione & jure potiori notorie constat, idque multo magis obtinet, quando singularis pietatis ac misericordia ratio id suadet, quando mercenariis, liberis prioris matrimonii, quo alantur, ante sententiam designationis in rem judicatam transeuntem, quicquam praestitum, quod posteriores creditores, ob cessantem injuriam, impedire nequeunt. MEVIVS P. 6. Dec. 391. Atque id etiam locum habet cum domino vindicanti rem extantem, eodem Dominio probato, restituitur. l. 5. §. 8. 17. 18. ff. de tributor. act. Pariter antequam designationis Sententia vires rei judicata nanciscatur interdum solvere licet, uni ex creditoribus, si idoneam cautionem in casum quo potiores creditores extiterint, de restituendo praestet, a. l. 52. §. fin. ff. de pecul. ut hoc modo & securitati solventis & creditoris prospiciatur, a. l. 31. §. 1. ff. depos. judiciumque quod satisdationem negligendo litem quodammodo suum fecisse dicetur, non in periculum incidat. a. l. 1. §. 5. ff. de Carbon. Edict. vid. MENCKENII Tract. Synopt. Proc. Tit. XLI. §. 8. S. XXV.

In terris Saxonice eadem obtinent, & in Saxonia Eleitorali judici insimul injungitur. Ord. Proc. recogn. Tit. XLI. §. 6. quamprimum intuitu locationis nonnullorum creditorum res judicata impetrata, iis qui hujusmodi sententiam & liquidum pro se nacti ex deposito solidum aut partem quittantia tradita solvere; Ast, si eos alii quorum credita locata nondum in rem judicatam transferunt, aut ad liquidum

dum redacta sunt, ordine præcedant, tantum, quantum ad eorum satisfactionem requiritur reservare primisque summanam quam expensæ pro rata probabiliter confient deducere.

§. XXVI.

Secundo loco exutiendum est, quomodo imputatio pecuniaꝝ solutaꝝ sit peragenda, an nimirum in sortem, an vero in usuras. Priusquam hæc quæstio decidatur de eo certe constare debet, an sors & usuraꝝ in Concursibus creditorum eodem censemantur jure, adeoque in eadem classe collocandaꝝ. Primo Juris civilis, deinceps Juris Saxonici, Sententia sub Examea vocabitur. Juris civilis sententiam obscuriorem propemodum reddunt variꝝ DD. Sententiaꝝ. Occurrunt enim quidam, qui etiam in Concursu creditorum nullam inter sortem & usuras constituendam differentiam arbitrantur, existimantes usuras cum sorte etiam ubi ceteris plene de sorte satisfieri non possit, eodem jure & ordine gaudere, huic sententiaꝝ addicti sunt MEVIVS P. 8. Dec. 464. n. 1. NEGVSANT. de pign. p. 5. membr. 2. n. 9. 10. MINDAN. de process. l. 3. c. 21. n. 19. MANTICA de tacitis & ambiguis convent. l. 1. tit. 22. n. 32. GRATIANVS Dissert. for. c. 730. n. 19. Præsidia sententiaꝝ sua reponunt primo in l. 18. ff. qui pot. in pign. & l. 9. §. ult. ff. de pacf. Secundo quod prior tempore in sorte idem etiam esse debeat respectu usurarum, cum accessorium sequatur naturam sui principalis, usuruaꝝ vero induant naturam accessoriæ, sortis scilicet, quippe usurarum obligatio accederet obligationi principali, inde illas nancisci sortis conditionem, ac eodem cum illa censi jure, & quod in sorte constitutum esset, idem & in usuris obtainere. Tertio sorti cum usuris tam arctam intercedere connexionem, ut si in eodem libello peterentur, eadem quoque sententia definitiva comprehendenda essent. Quarto attendendam hic esse unitatem obligationis primordialis, atque individualitatem pignoris ob quam qui prior tempore etiam potior jure esset, ut posterior sibi nihil juris vindicare posset, antequam

C

priori

priori plene sit satisfactum. *l. 5. 8. 10. C. qui pot. in pign.* Ut adeo si in pignore posterior contra priorem jus suum firmare velit, priori debitum offerre teneatur. *l. all. 5. C. eod.* alias prior prærogativæ suæ tantum fructum persentisceret, ut nihil referret, etiam si posteriores creditores, si prioribus de usuris satisficeret, sorte carere cogerentur. Quinto creditorem priorem jure suo utentem alteri nullam inferre injuriam, sed petere solummodo id, quod ex justitiæ commutativæ præscripto deberetur.

§. XXVII.

Alieni tamen sunt ab hac sententia *COLERV S de Proc.*
exec. p. I. c. 10. n. 116. CÖPPEN Dec. 28. n. 11. BRVNNEMANN.
ad l. 18. ff. qui pot. in pign. RICHTER de jure & priv. cred. c.
ult. n. 38. & seq. SCHILT Exerc. ad ff. 35. §. 7. Singuli asserentes, usuras demum post exsolutam sortem omnium creditorum deberi; Reddunt sententiæ suæ hanc rationem, quod eo casu, quando facultates debitoris impares essent satisfactioni omnium Creditorum, creditor prior quoad usuras lucri captandi desiderio duceretur, posterior autem quoad sortem allaboraret de damno evitando, quare posteriori prospiciendum, ne per usurarum prælationem prorsus excluderetur. Nec enim eodem jure censenda essent credito suo defraudari, & lucri cuiusdam non fieri participem, *l. f. §. 2. C. de Codicill.* magisque favendum esse repetitioni quam adventitio lucro *l. 41. ff. de R. I.* Ad legem vero 18. ff. qui pot. in pign. sibi gravissime obstantem reponunt, eandem esse restringendam ad contractum annuorum reddituum, pariter ad usuras fidejussionis nomine jam solutas, quæ fidejussionibus loco interesse cum sorte pariter adjudicarentur.

§. XXVIII.

Mea sententia ea est incedendum via, ut nimirum distinctionis habenda sit ratio inter diversorum debitorum, & inter unius ejusdemque debitoris creditores. Priori præstructo casu, si sint diversorum debitorum, nempe defuncti ejusque hereditatis creditores, demortui creditores bene-

beneficio separationis impetrato tanta pollut prioritate, ut etiam tanquam Chirographarii potiores sint omnibus creditoribus hæreditis hypotheca aut alio quodam privilegio munitis & respectu sortis, & respectu usurarum. Posteriori vero casu præstructo scilicet si Creditores unius ejusdemque debitoris existant, pignus taxative tantum pro sorte constitutum contradistinguendum est pignori citra taxationem obligato. Hypotheca intercedente particula taxativa pro sorte tantum constituta, exulat omnis prærogativa usurarum, cum ex conventione solum pro sorte, cui accessit, obstringatur. Sin vero pignus citra hujuscemodi taxationem obligatum reperiatur, iterum distinguendum est, an bona debitoris ad exsolutionem æris alieni sufficient, nec ne. Si sufficient usuræ & sors eadem gaudent prærogativa. Sin vero non sufficient, ad exsolutionum usurarum demum deveniendum est, si respectu sortis unicuvis creditori satisfactum. Quæ sententia congruit æquitati, nec adversatur legibus juris Romani, *lex enim 18. ff. qui pot. in pign.* non liquido probat sententiam contrariam, utut enim ex legis hujus præscripto Lucius Titius in omne quod ei debetur & sic etiam propter usuras potior esse dicatur, attamen utrum alterius sorti an usuris tantum præferatur ibidem plane non deciditur, quare in hac lege quæstio ista, an prior Creditor etiam usurarum nomine posterioribus creditoribus præferendus sit, quidem excutitur, quomodo vero hac gaudeat prærogativa, an scilicet conjunctim quoad sortem, & usuras simul, an separatim prius quoad sortem, & postmodum quoad usuras, & an etiam in casu ubi bona aliorum exsolutioni imparia deprehenduntur quoad usuras sorti posteriorum præferatur prorsus non dirimitur. Quemadmodum vero ad Judicis officium spectat leges paululum obscuriores ex æquitate interpretari, sic & lex modo allegata suadente eadem æquitate ita interpretanda, ne prior Creditor lucrum querat, aut locupletior fiat, cum alterius damno, locupletior vero is fieri censetur, qui non redditur

tur pauperior. l. 47. §. 1. ff. de Solut. Redderetur itaque locupletior, si usuras cum dispendio alterius sortis acquireret. Nec repugnat huic sententiæ l. 9. §. ult. de paet. Licet enim ibi perhibeatur summæ etiam applicandas esse usuras, exinde tamen ad prærogativam usurarum nullum dicitur argumentum, applicatio scilicet usurarum ad summam in lege modo allegata plane ex alia ratione proficitur, nimirum in l. 8. ff. de paet. monetur: quod major pars creditorum, vel qui majorem partem creditæ pecuniaæ habet, paciscendo cum debitore minori parti præjudicare possit. In subsequenti lege 9. disquiritur, quomodo major pars constituatur, tum ratione plurium personarum unam eandemque rationem habentium, tum ratione plurium summarum, atque postmodum adjicitur, quod summæ quoque applicare debeamus usuras, quare in hac lege de prærogativa usurarum nullus est sermo. Accessorium imitatur alias indolem sui principalis, sed regulæ huic suum decedit robur, quando accessori diversa est ratio ac principalis, præcipue, quando in principali agitur de damno vitando, in accessorio vero de lucro captando.

MENOCHIVS Consil. 58. cap. ult. GAILIVS lib. 1. de pace publica cap. 5. n. 26.

§. XXIX.

In terris Saxoniciis res ita decisa est, usuræ in Concurribus creditorum, excepto judiciali Consensu ad sortem haud restricto, post omnes demum sortes sine distinctione pro rata præstantur. Postquam vero sententia designationis in rem judicatam transiit creditorij cuius creditum pro liquido declaratum est, etiamsi passus prioritatis nondum plenarie expeditus sit, interesse rei judicatæ una cum sorte suo ordine solvitur. Ord. Proc. Sax. Elec. recogn.

Tit. L. §. unic.

§. XXX.

Ex iis vero, quæ huc usque in medium allata sunt de prærogativa usurarum dependet decisio questionis, an imputatio pecuniaæ per gratificationem a judice solutæ in sortem,

tem, an in usuras, facienda, aut enim judex in antecedens exsolvit creditori non nihil de pecunia debita, & quidem tali creditori, qui usuras tunc demum exigere potest, quum omnium creditorum sors fuerit soluta, tunc in sortem solutum imputare fas est. Vid. STRYCKII *Annot. ad Lauterb. lib. 4b. Tit. 3. verb. ante omnia.* Aut judex repräsentat solutionem ei cui sors & usura in eadem debentur classæ, tunc iterum distincte procedendum scilicet, an integra sors exsolvatur, an vero solummodo pars sortis, si integra sors exsolvatur, expirat jus pretendi usuras, sorte enim exoluta, sublata est obligatio ad usuras præstandas. Vid. STRYCKII *Caut. Contract. Sect. 4. cap. 1. §. 1.* Sin vero pars tantummodo sortis, creditori præstetur, tunc pecunia simpliciter soluta in usuras computanda. *I. 5. §. 2. ff. de solut.* Vid. PET. MÜLLERI *Diss. de solutione minoris summae in deduct. majoris cap. 4. tb. 4. it. I. 1. Cod. de solut.* Nisi disertis verbis creditor in quietantia deluper data professus fuerit, se accipere pro sorte. Vid. FREYERVS *de solut. cap. 12. n. 35.* Secus tamen res sese habet, si Creditor in eadem quietantia confiteatur, se acceptare solutionem in sortem & usuras, tunc enim non obstante ordine scripturæ prius in usuras exoluta pecunia imputanda est, licet enim ex ordine scripturæ præsumatur ordo intellectus, cessat tamen hæc præsumtio, si alia mens jure præsumatur, *I. 5. §. 2. §. 3. I. 6. ff. de solut. I. 3. C. de solut.* MÜLLER ad Struv. Exercit. 47. tb. 74. Lit. Z. Subjungendum hic erit, distributionem hanc massæ bonorum debitoris instituere Judicem motu proprio, & non auditis prius partibus. Olim factam hanc distributionem Judex singulis creditoribus mediante notificatione generali perlustrandam & subscribendam transmittere solebat, prout testatur B. BARTHIVS in Hodog. for. c. 3. §. 26. Hodie vero hosce mores migrare solent judges, in more quippe ipsis positum est, distributionem hanc pariter absque prævia causæ cognitione confidere. Hac confecta Termi-
num solenni publicationi præfigere, & in hoc Termino istud

C 3

istud Decretum æque ac sententias publicare. Haud integratum Lectori Benevolo futurum esse confido, si exemplum aliquod Decreti distributionis sisterem, quale haud ita pridem oculis meis usurpare mihi licuit.

Distributio

Derer in W. D. ad Massam Concursus gekommenen Gelder, und zwar von denen dem Debitori alleine zuständigen Vermögen.

- 1850. Thl. = aus den Subhasta verkauften Garten.
- 991. Thl. 6. gl. 9. Pf. von 1835. Thl. 17. gl. zur Hochlöbl. Steuer-Einnahme hier von eingeliehenen Capital von Oster-Messe 1718. bis dahin 1727. verfallenes Interesse.
- 100. Thl. 8. gl. 6. Pf. pr. Cent Capital, so aus denen Garten-Meublen vermittelst der Auction gelöst worden.
- 71. Thl. = vor die Orangerie.
- 84. Thl. = vor dergleichen.
- 80. Thl. " vor die Pferde.
- 22. Thl. 12. gl. 11. Pf. von einem zur Hochlöbl. Steuer-Einnahme hier von eingeliehenen Capital an 166. Thl. 22. gl. 10. Pf. erhobenes Interesse.
- 7. Thl. 13. gl. 6. gl. dergleichen, so nach wieder zurück bezahlten 144. Thl. Oster-Messe 1719. von denen rückständigen Capital derer 22. Thl. 22. gl. 10. Pf. bis Michael-Messe 1724. gefällig gewesen.
- 9200. Thl. = so vor das Subhasta erstandene Wohn-Haus bezahlet worden.
- Hier von sind in Neu-Jahr-Messe 1717. bis Michael-Messe 1724. zur Hochlöbl. Ober-Steuer-Einnahme eingeliehen worden
- 9129. Thl. 7. gl. 5. Pf. und darvon 4245. Thl. 2. gl. 9. Pf. an Interessen à 6. pro Cent diese Zeit über erhoben worden, von Neu-Jahr 1717. bis Michael 1724.
- 1900. Thl. = Capital aus denen verauctionirten Hauss-Meublen, worvon zur Hochlöbl. Steuer-Einnahme 1859. 1. gl. 6. Pf. als zinsbares Capital gegen 6. pro Cent eingeliehen.

741. Thl. 11. gl. 8. Pf. bis Michael-Messe 1724. von Neu-Jahr-Messe 1717. verfallenes Interesse, weilen 100. Thl. zu H. W. D. Concurs-Massa gehörig.
115. Thl. 6. gl. vor einige versegte und nicht wieder eingelöste, nachgehends aber verauctionirte Tuch-Waaren, worvon in der Oster-Messe 1719. 97. Thl. 12. gl. eingeliehen, und an Interessen
43. Thl. 6. gl. 8. Pf. bis Oster-Messe 1727. erhoben worden.
807. Thl. 22. gl. so dem Debitori aus F. M. G. Concurs zugesetzt, und ad massam geliefert worden.

20259. Thl. 18. gl. 3. Pf.
So viel aber

II.

- Die mit des Debitoris Sohn H. W. D. gemeinschaftlich geführte Handlung betrifft, so bestehet selbige in nachfolgenden Posten:
212. Thl. - - - sowohln gethaner Vorschuß von F. B. auf als lergnädigsten Befehl wieder erstattet, und ad massam gegeben worden.
57. Thl. 1. gl. 6. Pf. erhobene Interesse von 106. Thl. 12. gl. 8. Pf. so Oster-Messe 1718. bis dahin 1727. zur Hochlobl. Ober-Steuer-Einnahme eingeliefert worden.
940. Thl. 23. gl. 3. Pf. so der Handels-Diener R. G. von allerhand Münz-Sorten als eingehobene Handels-Schulden übergeben.
100. Thl. dergleichen.
1424. Thl. 20. gl. 9. Pf. so aus denen verauctionirten Tuch-Waaren gelöst worden.
5993. Thl. 12. gl. 3. Pf. von einem an 13340. Thl. 21. gl. 3. Pf. zur Hochlobl. Steuer-Einnahme eingeliehenes Capital bis zur Michaelis-Messe 1724. eingehobenes Interesse.
39. Thl. 4. gl. 3. Pf. so an allerhand doch nicht jedes Orts gültigen Münz-Sorten unter der Post derer 940. Thl. 23. gl. 3. Pf. befindlichen und nach dem Werthe, da sie geschlagen, als Zuwachs hieher gebracht worden,

21586. Thl. 14. gl. -

Wor-

Worbei jedoch zu gedenken, daß vermöge allergnädigsten Be-
fehls fol. 6. Vol. sub C. I. D. R. von denen Handlungs-Effe-
cken 500. Thl. als ein Depositum ausgezahlet werden müssen,
und verbleibt also nach Abzug dieser Post in der Handlungs-Massa
21086. Thl. 14. gl.

Wie viel aber einem ieden Consorten darvon zu seinem An-
theil gehörig gewesen, hat man, weil die Debitores bey ihrem Aus-
tritt die Handlungs-Bücher und andere zur Societät gehörigen
Documenta mit sich genommen, auch die Handels-Diener die-
ses Puncts halber keine Wissenschaft gehabt, keine gegründe-
te Nachricht erlangen können, inzwischen aber H. W. D. dem
ältern von besagter Handlung zwey Dritttheil 14057. Thl. 17. gl.
4. Pf. H. W. D. dem jüngern hingegen nur Ein Dritttheil an
7028. Thl. 20. gl. 8. Pf. zugetheilet; Und beträgt also nach diesem
Präsupposito H. W. D. des ältern Massa

34317. Thl. II. gl. 7. Pf.

Alldieweil aber der Concurs noch hin und wieder aussenste-
hende Schulden und andere ansehnliche Forderung hat, als wer-
den zu Bestreitung derer diesfalls erforderlichen Unkosten voriezo
333. Thl. 8. gl. in Massa behalten, welche gleich wie sie dem letzten
Herru Percipienten aniezo abgehen, also demselben von denseni-
gen Geldern, so am ersten wiederum ad Massam kommen, vergnü-
get werden sollen.

Hier von nun sollen haben:

post Class. I.

50. Thl. 3. gl. 9. Pf. Herrn J. H. L. und Cons. ex Judicato fol.
147. Vol. IV.

In Class. III.

37. Thl. 13. gl. = Accis Abgaben E. E. Hochw. Raths allhier
fol. 45. Vol. 3.

In Class. IV.

5984. Thl. 9. Pf. Capital E. D. v. S. vermöge stillschweigenden
Pfandes vom 13. April. 1694. und fol. 25. Vol. I. ex Judi-
cato fol. 47. & 411. Vol. I.

4132. Thl. 13. gl. = verfallenes Interesse von Michael - Markt
1714. bis den 7. Julii 1728. also auf 13. und drey Viertel Jahr.
7826.

7826. Thl. 10. gl. 9. Pf. Capital M. D. ex Judicato fol. 55. a. & 404. Vol. III. ex iure hypothecæ a tempore illationis de ao. 1703. den 1. Maij ao. 1705. j. fol. 382. Vol. II.

4588. Thl. 20. gl. 6. Pf. verfallenes Interesse nach der Ausrechnung sub A.

12415. Thl. 7. gl. 3. Pf.

post Class. IV.

2525. Thl. = Capital Se. Magnif. der Herr Hof-Rath und Hochverdiente Bürgermeister, Herr G. L. ex iure cesso D. M. S. Vormundschaffts-Nests, vermöge stillschweigender Verpfändung de dato den 30. Aug. 1706. ex judicat. fol. 379. Vol. III.

1832. Thl. 17. gl. 6. Pf. auf 14. Jahr 6. Monath 6. Tage vom Neujahr-Märkt 1713. bis 7. Julii 1728. verfallenes Interesse.

4357. Thl. 17. gl. 6. Pf.

In Class. V.

6480. Thl. = Capital Tit. Herr Hof-Rath D. J. E. K. ex Jure cesso seines Herrn Vaters, Tit. Herrn Baumeisters J. E. K. vermöge judicati fol. 47. 377. 378. Vol. III.

859. Thl. 19. gl. 6. Pf. zum Interesse vom Neujahr-Märkt 1715. bis 7. Jul. 1728. wein die Massa nicht weiter zureicht.

7339. Thl. 19. gl. 6. Pf.

Summa Summarum 34317. Thl. 11. gl. 7. Pf.

Nachdem aber auch nachfolgende Unkosten bey diesem Concurse aufgewendet worden, welche nur denjenigen, so zur Perception gelangen, abzufürzen, und selbige in nachfolgenden Posten bestehen, als nehmlich:

165. Thl. 13. gl. 4. Pf. Depositen-] Gebühren pro rata.

82. Thl. 18. gl. 8. Pf. Haupt-Buchs- . 300
6. Thl. 11. gl. 10. Pf. Signatur- und Copial-Gebühren bey Ausszahlung derer Interessen aus der Hochöbl. Ober-Steuer-Einnahme.

1. Thl. = pro subhast. general. des Hauses und Garten.

340. Thl. 6. gl. 4. Pf. an Obsignations- und Inventur-Gebühren

D

ren

- ren allerhand Ausgaben bey der Auction, deren Waaren und Mobilien, wie nicht weniger an Keller und Niederlage im grossen Fürsten-Collegio und Paulino.
5. Thl. 10. gl. = dem Marsch-Ställer vor Fütterung.
 12. Thl. 12. gl. = vor eine verauktionirte und hernach vindicirte Buch-Presse, davon das Kauff-Geld wieder zurück gegeben worden.
 4. Thl. 21. gl. 9. Pf. Unkosten bey Zurückbezahlung derer Steuer-Capitalien, zu zwey Dritteln.
 24. Thl. denen beyden Handels-Dienern R. G. und J. C. R. von denen Creditoribus ausgemachtes Salarium zu zwey Dritteln.
 26. Thl. = dergleichen dem Buchhalter J. C. vi. judicati fol. 40. Vol. III. it. fol. 283. cirat. Vol. zu zwey Dritteln.
 17. Thl. 8. gl. 2. Pf. Eidem hiervon verfallenes Interesse vom 11. Octobr. 1715. bis 22. Maij 1719. da er das Capital ex Massa erhalten.
 27. Thl. 2. gl. 4. Pf. Contribution vom Hause pendente Concursu & admistratione.
 32. Thl. 3. gl. = Land-Steuer.
 19. Thl. 3. gl. = Schöß.
 2. Thl. 17. gl. 4. Pf. Erbzinsß.
 7. Thl. 16. gl. = Fix-Accise vom Garten.
 2. Thl. = Opfer und Wächter-Geld.
 129. Thl. 8. gl. = dem Curatori litis, an zuerkannten Gebühren, besage der Liquidation sub B. pro rata.
 16. Thl. 16. gl. = so bey Eintreibung derer aus M. G. Concurs habenden Forderung vor des Debitoris Advocatum Urthel-Gelde und Gerichts-Gebühren aufgewendet werden müssen.
 303. Thl. 11. gl. 9. Pf. nach Abzug 50. Thl. zu H. W. D. des jüngern Massa an Verlag, Urthel-Geld und Gerichts-Gebühren nach der Liquidation sub B. B. squ. fol. 49. seqq. & fol. 54. Vol. sub A. pro rata.
 18. Thl. 9. gl. = nach Abzug 5. Thl. 18. gl. Insinuations-Gebühren fol. 53. Vol. sub A. pro rata.

6. Thl.

6. Thl. = = besage der Liquidation, sub J. fol. 52. Vol.
sub ♂.
6. Thl. = = Constit. Massæ, die Deposita durch zu gehen, zu
extrahiren, und unter gewisse Capita zu bringen.
6. Thl. = = vor Verfertigung der Distribution.
- = 12. gl. = solche zu mundiren.
- = 4. gl. = Stempel-Pappier.
- = 8. gl. = pro publ. & regl.
1. Thl. 16. gl. = vors Angeben in Termino.
- = 1. gl. Stempel-Pappier zum Patent.

Und sollen

Demnach	haben	geben aber	bekommen
		zum Untkosten	also
1) Herr J. H. L. und Cons.	50. = 3. = 9.	2 = 12 =	47 = 15 = 9
2) E. E. Naths resti- rende Accis-Ein- nahme	37. = 13. = 9	2 = 6	35 = 13 = 9
3) Jungfer E. D. v. S.	10116 = 22 = 7	560 = 13 = 8	9556 = 8 = 11
4) Fr. M. D.	12415 = 7 = 3	688 = 7	11727 = 6 = 8
5) Se. Magnif. Herr Hof-Rath u. Bür- germeister Herr G. L. ex jure cesso D. M. S.	4357 = 17 = 6	252 = 18 =	4104 = 23 = 6
6) Tit. Herr Hof- Rath D. J. E. R. ex Jure cesso seines Herrn Vaters, Hn. Baumeisters J. E. R.	7339 = 19 = 6	402 = 11 = 9	6937 = 7 = 9
	34317 = 11 = 7	1908 = 8 =	32409 = 3 = 7

Worbei annoch zu erinnern, daß zwar Tit. den Herrn Hof-Rath R.

6937. Thl. 7. gl. 9. Pf.

zugetheilet, weiln aber obangeführter massen 333. Thl. 8. gl. anieho-

D 2

bey

bey der Massa behalten werden, die künftigen Unkosten damit zu bestreiten, als bekommt er gegenwärtig 6603. Thl. 23. gl. 9. Pf. dagegen hat er deren Restisution von den nechst einkommenden Geldern zu erwarten. Wie denn auch diejenigen nach ihme locirten Gläubiger von denjenigen, so künftig annoch ad Massam kommen wird, ihre Befriedigung zu erhalten haben.

A.

Frau M. D. hat in ihres Ehe-Mannes Credit-Wesen an Capital zu fordern

7826. Thl. 10. gl. 9. Pf.

Ferner hiervon verfallene Interessen, als :

	Thl.	gl.	Pf.
7826. Thl. 10. gl. 9. Pf. vom 7. Octobr. 1714. als an welchem der Debitor verstorben, bis den 22. Dec. 1717. da Frau Wittbe auf Abschlag des Capitals 500. Thl. erhoben,	1255.	II.	9.
Von 7327. Thl. 10. gl. 9. Pf. vom 23. Decembris 1717. bis den 19. Aug. 1720. da sie 500. Thl. auf Abschlag des Capitals erhalten,	1003.	7.	7.
Von 6826. Thl. 10. gl. 9. Pf. Capital vom 19. Augusti 1720. bis den 18. Sept. 1721. da sie 300. Thl. in fernern Abschlag empfangen,	369.	18.	3.
Von 6526. Thl. 10. gl. 9. Pf. vom 18. Sept. 1721. bis den 14. Sept. 1722. da sie abermahl 500. Thl. in Abschlag des Capitals erhalten,	322.	16.	8.
Von 6026. Thl. 10. gl. 9. Pf. vom 14. Sept. 1722. bis den 18. Dec. 1723. da sie wieder 600. Thl. erhoben,	379.	17.	5.
Dergleichen von dem Überrest an 5426. Thl. 10. gl. 9. Pf. vom 18. Dec. 1723. bis den 7. Julii 1728.	1257.	20.	10.

§. XXXI.

De forma Decreti Distributionis hoc usque sollicitus fui, ad effectus ejusdem jam deproperare liceat. Inter effectus istius à nonnullis connumeratur, quod nimis
æque ac alia sententia in rem judicatam transeat, quare ex opinione istorum is cui gravamen aliquod hoc Decreto illa-

illatum remedio quodam suspensivo vires rei judicatæ remorari deberet, aut si decendum præterlabi pateretur nullo remedio huic gravamini tollendo medelam afferre posse. Fingunt itaque si Judex pecunias per gratificationem solutas non prout par erat in usuras, sed in sortem impunitasset, ac talem imputationem decreto distributionis inferruisset, quæ unius creditoris cederet præjudicio, iste vero remedio suspensivo adversus talem sententiam intra decendum uti negligeret, tunc omni facultate decretum hoc impugnandi excideret. Ego vero alienissimus sum ab eorum sententia, potius existimo nullo jure cautum, hoc Decretum prout hodie istud ipsum fertur vires rei judicatae nancisci posse. Causæ quæ me ad hanc opinionem amplectendam adducunt eo redeunt.

§. XXXII.

Nullus actus à judice susceptus vires rei judicatæ consequitur, nisi qui sententiæ elogio condecorari meretur. Sententiæ nomine definitiva solummodo intelligebatur, cætera Mandata, iussus, aliaque ad directionem processus necessaria interlocutiones audiebant, quibus tamen sententiæ denegebatur vigor, ac rei judicatæ virtus, l. 3. §. 1. ff. de Offic. præfecti vigilium. l. 17. C. ex quib. caus. infam. l. 19. C. eod. l. 2. ff. de appell. recip.⁴⁴ Jus Canonicum tamen promiscue hasce usurpat voces, cui natales suos debet, distinctio ista inter sententiam interlocutoriam & definitivam. Definitiva nuncupatur quæ finem controversiis pronunciatione judicis imponit, scilicet vel condemnatione, vel absolutione. l. 1. ff. de re jud. Interlocutoria vero, qua punctus incidens tantum determinatur & deciditur, ut remoto hoc obstaculo ad definitivam perveniri queat. Differebat olim ab hoc Decretum Prætoris, quod extra ordinem à Pratore in causis extraordinariæ persecutionis ferebatur, & ita sententiæ definitivæ vim sortiebatur, ac in rem judicatam transibat. l. 2. ff. de re jud. Unde ab eodem appellabatur l. 7. §. 2. ff. de minor. vel provocatione

D 3

null odd word
II, 12)

catione prætermissa dabatur propter rerum judicatarum auctoritatem. l. 65. §. 2. ff. ad SCt. Trebell.

§. XXXIII.

Ex juris Romani itaque sententia insigne intercedebat discrimen inter interlocutiones & sententias, quod potissimum viribus rei judicatae absolvebatur, quippe quæ vires non tribuebantur interlocutionibus, Prætor enim eas prorsus revocare poterat, idem Jus Canonicum recepit, adeoque qualenam judicium ferendum sit hodie ex natura interlocutionum antiqua & hodierna aëstimandum est. Dicebantur interlocutiones jussus, Mandata, aliaque Decreta, quæ causam principalem non definiebant, sed viam tantum ad decisionem causæ principalis præparabant, & quæ ad directionem processus pertinere videbantur determinabant. Atque hæ interponebantur non semper auditio altero, nec causa plene cognita, sed prout iudicii æquum videbatur jubebat vel mandabat, exinde vim sententiæ nunquam consequi valebant, quorsum spectat l. 14. ff. de re jud. Et in leg. 5. Cod. Comminat. Epist. & Program. dicitur, judicem partium allegationes audire & examinare debere, adeoque quicquid citra hoc examen decretum vi rei judicatae destitutum esse debere, cum magno conficta sententia ferenda sit. l. 7. Cod. eod. Corroboret hanc sententiam l. 7. Cod. de Sent. & Interl. ubi disertis verbis monetur, non omnem vocem iudicis judicati continere auctoritatem, potestatem enim sententiæ certis finibus concludi, & si nihil causa cognita secundum juris rationem pronunciatum sit, vocem pacisci suadentis præfidis actionem perinare non posse. Suffragatur huic sententiæ l. 9. in fin. C. eod. Nullam enim causam interlocutiones plerumque perimere. Ex quibus apparet, interlocutiones regulariter latas fuisse causa non satis cognita, alteroque non auditio, & exinde robore sententiæ non polluisse. Uberiorem lucem foeneratur l. 36. Cod. de appell. qui textus edocet potuisse interlocutiones lite finita & appellatione interpolita demum revolvi, quod tamen non licuit-

licuisset, si interlocutiones in rem judicatam transiissent.
I. 2. ff. de appell. recip. l. 2. C. de Episc. audientia. Ex quibus omnibus tuto concluditur ex interlocutionibus nec actionem, nec exceptionem rei judicatae oriri.

§. XXXIV.

Sed an non jus Canonicum à legum Romanarum Sententia hac ex parte recesserit, opera pretium est diligere? Nec hoc jure interlocutoriae simpliciter in rem judicatam transferunt. Apparet hoc evidentissime ex *cap. 6o. X. de appell.* Ubi retractatio interlocutoriae etiam post appellationem interpositam & sic præterlapsa decendio iudicii permititur. Idem etiam evincitur ex *cap. 10. de appell. in 6. in quo* dicitur: quod judex à cuius sententia interlocutoria appellatum est, citare appellantem ad audiendam revocationem possit. Denique in *cap. 12. eod. BONIFACIUS VIII.* clarius mentem suam proponit, edifferitque interlocutorias licet vel maxime vim sententia definitivæ habuerint in rem judicatam non transire. Vid. *Illustriß. BÖHMERI Jus Ecclesiast. Lib. 2. Tit. 27. §. 8.* Ejusdemque *Diss. de Sententiis in rem judicatam non transeuntibus* §. 35.

§. XXXV.

Ex his itaque omnibus prono alveo fluit, nullam pronunciationem judicis effectum rei judicatae sortiri, nisi quam præcedit causæ cognitio. Hoc genuinum præbet fundamentum cur interlocutiones virtute rei judicatae Jure Rom. destitutæ fuerint, scilicet, quia causæ non plene cognita emittebantur. *Lex 5. C. Commin. Epist. Programm.* requirit partium allegationes, harumque examen, quod nihil aliud innuit, quam causæ cognitionem, & *lex 7. C. de sent. & interloc.* iterum causæ cognitionem exposcit. Unde quando judices aliquid injungunt partibus addita combinatione, nisi intra mensem solveris, duplum præstare debes, ac partes non fuere auditæ, pariter si judex libellum actoris statim exequatur & in sententiam ferendam præcepit ruat, nec talis comminatio nec decretum sortitur vim rei judicatae, ideo quia sententiam causæ cognitionis scilicet

licet plena rei discussio præcedere, & post allegationes partium auditas & examinatas ferri debet, sententia enim magno conflicto decernenda, & ita incongruum est combinationi tali vim sententia tribuere. V. BRVN. ad l. i. C. com. epist. Progr. Nec nostra ætate immutatio quædam hujus juris subsecuta est, licet enim interlocutoriæ sententiæ hodie polleant viribus rei judicatæ, hoc tamen exinde proficiscitur, quia tales sententiæ à judice aliter pronunciari non consueverunt, quam auditis partibus litigantibus, discussisque earum allegationibus, adeoque præsupposita sufficienre causæ cognitione. Reliqua effata judicis absque tali causæ cognitione declarata & hodie robore rei judicatæ carent. Sic Decreta & resolutiones ad instantiam unius impetratæ, & vulgo Verordnungen appellatæ nec nostris moribus transeunt in rem judicatam, ex eadem ratione, quia propriis sententiis haud accenseri possunt, nec causa plene cognita, alteroque audito, illa edita sint. Unde ab iis appellare prorsus non est necesse. MEVIVS P. 7. Dec. 292. n. 6. § Excellentiss. Dinctler/ in Diss. de appell. inadmissibili.

§. XXXVI.

Quænam itaque ratio sit Decreti distributionis & in quantum istud vires rei judicatæ sortiatur evidenti judicio colligi potest, ex iis quæ modo asserta sunt. Nimurum causæ cognitionem substantiale requisitum esse sententiæ cui virtus rei judicatæ tribuenda, STRYCK. Us. Mod. Lib. 42. tit. 1. §. 2. item Clem. 2. de sent. § re jud. l. 4. § 7. C. de sent. § interl. l. f. C. de sent. ex peric. recit. V. TITII Jus privat. Lib. 12. c. 9. §. 5. RHETIVS in diss. de sentent. in causis civ. & hoc procedit citra omne discriminem an sit sententia definitiva an interlocutoria. l. 4. C. de dilat. V. ARVMÆI Disp. ad præcipuas Digestorum § Codicis leges, Disp. 21. n. 4. Causæ cognitione vero perficitur plena rei discussione, plena autem rei discussio præsupponit allegationes partium auditas esse & examinatas à judice. l. 9. C. de judic. l. 1. § ult. C. de exec. rei judic. l. 7. C. de sent. HORN. Resp. Class. 2. num. 3. p. 89. verb. cause

causæ cognitio &c. HUBERVS ad L. 42. tit. 1. ff. §. 3. It. VINNIVS ad Instit. Lib. 4. tit. 17. not. ad princ. Inst. de officio judicis p. 876. Unde ut causæ cognitio rite peragatur judici incumbit, ut actori docere, probare, reo defendere, refutare, permittat. l. 9. C. de Judic. prout monet STRVIUS ad Matthæi Tract. de Judiciis cap. 1. th. 24. Cognoscere enim tunc demum dicitur judex, quando de causa querit, litigatoresque audit pro tribunal. l. 1. ff. de Const. princip. v. CALVINI Lexicon Jur. voce cognoscere. Audienda ergo sunt partes litigantes, alias sententia contra ipsas lata non mereatur nomen sententia, sed est ipso jure nulla. v. LAVTERBACHII Colleg. Theoret. Pract. Lib. 42. Tit. 1. §. 16. Quomodo vero partes auditæ esse appetet, nisi citatæ prius fuerint, ut secum invicem procedant, positiones ad acta referant, & in iis iura sua deducant, judicemque quidnam pronunciare debeat admoneant, unde B. MENCKENIVS in diff. 10. Process. ad tit. 26. §. 24. rite monet, ad istam causæ cognitionem quam in tertia dilatione danda adhibere teneatur judex recte referri, ut pars adversa citetur & audiatur. Causæ enim cognitio in audiendis partibus & examinandis Juribus ipsorum versatur, eaque nonnisi partibus citatis peragi potest. MENOCHIVS Vol. 7. Cons. 629. n. II. Ac nulla major nullitas sententia esse statuitur, quam contra non citatos, & inauditos ferre sententiam. COTHMANN IV. Rep. 33. n. 69.

§. XXXVII.

Evolamus jam indolem Decreti distributionis, & perpendamus quæso, judicem id decretum adornare non ciatatis partibus, earumque allegationibus non examinatis, prætermisso mutuis positionibus ac neglectis iis omnibus, quæ alias sententiam præcedere solent, insimul facili conjectura assequimur nullum robur rei judicata huic Decreto tribui posse, unde omne gravamen hoc Decreto cuidam creditorii illatum gravaminis extrajudicialis loco habendum, hujusque tollendi gratia non opus esse remedio quodam suspensivo, multo minus fatale decendii currere credito.

E

ditio-

ditori gravato, sed descendio licet elapso creditor i integrum esse, judici indicare qua ex parte in Decreto sit lassus, eundemque monere quo lassioni isti alia computatione medelam afferat.

§. XXXIX.

Omnia in tuto collocata esse videntur, veritasque ista satis explorata, quam huc usque propugnati, quotidiana tamen edocemur experientia, pluribus judicibus hanc sententiam non arridere, sed judices sc̄epe Decretis distributionis à se conceptis tantum statuere pretium, ut extra controversiam esse repositum concludant, hujuscemodi Decretis neminem vires rei judicatae denegare posse. Corroborare opinionem suam plerumque subsequentibus co nantur argumentis. Primo Decreta & sententias stricte sic dictas eodem censeri jure. Secundo Decretum distributionis esse actum summopere necessarium, qui in processu Concursus prorsus pr̄termitti non posset, potius eo insuper habito nunquam finis Concursus immineret. Tertio denegatis viribus rei judicatae Decretis distributionum, nec judicem, nec reliquos creditores, unquam securos evadere. Nimirum Sententia eorum ea est, nisi Decreto distributionis virtus rei judicatae tribueretur, tunc ipsemet judex prioribus creditoribus aliquid exsolvens, metuendi causam haberet, ne posterior Creditor impugnaret hanc solutionem, ac injuriam sibi esse factam conquereretur, prior vero creditor, cui à judice esset factum in discrimen adduceretur, ne facta hac impugnatione restituere compelleretur, id quod ex pr̄scripto Decreto distributionis esset ei exsolutum, cui discriminis uterque tam judex, quam creditor posterior, tamdiu esset obnoxius, quamdiu prioris creditoris jus pr̄scriptione longissimi temporis nondum esset extinctum. Quarto denique contendunt, Decretum distributionis etiam exinde sortiri vim rei judicatae, quia solenni publicatione intercedente eorum quæ in hoc Decreto continerentur notitiam consequerentur creditores, ac ad publicationem istam

istam eadem citatione qua ad alias sententias convoca-rentur.

§. XXXIX.

Sed tantum abest ut hisce rationibus à semel propugnata opinione me demoveri patiar, ut potius intrepide afferam, nihil prorsus iisdem ponderis constare. Nam Primo largior equidem Decreta & Sententias stricte sic dictas eodem censeri Jure. Nego vero in censem horum decretorum venire Decreta distributionis, sed distinctione quodam hanc rem componendam duco, scilicet an Decreto judicis res inter partes litigantes controversa decidatur prævia nimirum causæ cognitione, an vero Decretum hoc non decidendi gratia interveniat. Prioris generis decreta referunt indolem sententiarum late sic dictarum. Posterioris vero generis Decreta respuunt prorsus hanc indolem. Quorū etiam referendum Decretum distributionis.

§. XXXX.

Secundo à necessitate actus ad effectum rei judicatæ nulla procedit illatio. Quis enim in dubium vocabit, multas partes substantiales processuum summopere necessarias occurrere omnis virtutes rei judicatæ expertes. An non quæso citationes à judge emissæ, dilationes, præcepta pœnalia, Decreta confirmatoria, Constitutiones tutorum, Curatorum, oculares inspectiones, Registraturæ, formationes liquidi, æque necessariæ sunt ac ipsum Decretum distributionis, nemo tamen sibi persuadebit, vel uni horum competere virtutem rei judicatæ.

§. XXXXI.

Tertium dubium sponte corruit, si modo perpendatur Decretum distributionis vel ea complecti, quæ in sententiis designatoriis vires rei judicatæ jam nactis sunt decisæ, scilicet quodnam creditum pro liquido sit habendum, quisnam creditor alteri in solutione sit præferendus, tunc judge subit solummodo vices executoris rei judicatæ, & si exacte hisce sententiis gerat morem & judge

omnis periculi expers est , & Creditores , ex re judicata Jus quæsumum naëti extra omne discrimen constituantur. Et quis quæso negare poterit , aliquando & alias contin- gere ut judex licet rite uni creditori exsolverit , cui ex re judicata est jus quæsumum , tamen hæc solutio rescindatur. Fingamus enim creditorem minorenem præterlabi pas- sum esse fatale liquidationis ac demum post finitum Con- cursum nomen suum profiteri , beneficio restitutionis in integrō jus prioritatis præ Creditoribus , quibus credita sua exsoluta sunt deducere , annon sic solutiones , etiam rite factæ , rescindontur ? vel Decreto distributionis judex quædam inferere vult , quæ nondum in disceptationem partium venerunt , scilicet quomodo imputatio pecunia per repræsentationem solutæ sit suscipienda , tunc hujus passus incidentis ergo terminum præfigat , creditores & Curatorem bonorum aut litis , ut secum invicem mutuis positionibus procedant , citet , ac deinceps vel ipsemet pronunciet , vel sententiam Jure-Consultorum sibi expe- tat . Sic talis passus per sententiam decisus & à nemine re- medio quodam suspensivo impugnatus judici normam præbet , tuto & citra omne periculum procedendi , & cre- ditorum securitati optime prospicitur.

§. XLII.

Quartum vero dubium facillimo removeri potest ne- gotio , potius existimandum , committi hic fallaciam non caussæ ut causæ , manifestissimo nimirum laborat vitio hæc concludendi ratio , quicquid intercedente publicatione significatur , id nanciscitur vires rei judicatæ . Nec enim dupondiis juris ignotum est , Testamenta nonnunquam solere publicari , eadem tamen propterea non conspicua esse viribus rei judicatæ . Res judicata non est effectus publicationis , sed sententiæ legitimis requisitis suis præ- primis causæ cognitionis prævia constantis . Publicatio solummodo habet se respectu rei judicatæ tanquam con- ditio sine qua non : Conditio vero sine qua non pluri- bus rebus moralibus potest communis esse . Unde publi- catio

catio potest intercedere in negotiis effectu rei judicatæ pollutibus & eodem destitutis. Quorsum etiam facit modum hunc publicandi Decreta distributionum nulla lege præscriptum, nec ejusdem in ordinatione quadam processuali fieri mentionem; Ordinatio Processus Saxonici recognita providentissima sane cura conscripta est, & omnibus Legislatoribus præbet exemplum, quomodo modum procedendi in judiciis felici successu instruere possint, exulat tamen ibidem prorsus dispositio, quod publicatio circa Decretum distributionis adhibenda veniat; Et nondum duorum lustrorum spatium præterlapsum, ex quo mos invaluerit, mediante publicatione creditoribus argumentum hujus Decreti distributionis significandi, olim enim, prout supra monui, Jūdex in simplici communicatione creditoribus facta hujus Decreti subsistebat. Mos igitur iste publicandi non ad Principis jussum, non ad legis quandam dispositionem, sed ad judicis conatum à summo Imperante nunquam approbatum suam refert originem. Absit vero longissime ut judici tanquam ministro legum & tantummodo hac facultate prædicto ut jura ad facta obvenientia possit applicare, Ipote statem hanc concedamus, provagi sui arbitrii ratione publicationem tanquam medium aliquod usurpandi actibus suis effectum rei judicatæ conciliandi. Omnis Jurisdictio pendet à Principe, & judex exercendo jurisdictionem suæ fidei demandatam executorem tantummodo agere potest, legum a Principe sancitarum. Involat judex in partes potestatis legislatoriaæ qui eosque audacia progredivit, ut nova fatalia à Legibus non præstituta partibus litigantibus obtrudere velit. Plus itaque justo sibi indulget judex, qui suæ autoritati tantum tribuit, ut pronunciatis suis rei judicatæ autoritatem propter publicationem a se decretam vindicet. Lex rei judicatæ autoritatem tribuere potest, non minister legum, judex. Nunquam turbandi sunt limites potestatis legislatoriaæ & potestatis judicariaæ. Et qui quæso Judex limites potestati suæ adeo extendere par est, quæm

quoniam Jureconsulti unanimibus propemodum suffragiis in eam conspirent sententiam, rescripta summorum Principum interlocutoria, scilicet ad nuda supplicata & narrata unius partis impetrata, licet publicata, destitui tamen effectu rei judicatae, adeo ut pars gravata tali Rescripto non necesse habeat idem remedio quodam suspensio à viribus rei judicatae suspendere, sed eidem gravatae parti integrum esset, quoconque tempore, etiam post decendium, prætermissa licet leuteratione vel appellatione Rescripto contradicere, v. CARPZ. p. I. Conf. 26. defn. 18. § LYNCKERI *Resp. Resp.* 75. Rationem hujus rei in eo unique collocant, quia talia rescripta absque causæ cognitione eduntur. Vix æquo animo ferendi sunt eorum judicium mores, qui plus suæ autoritati conantur afferere, quam Princeps suæ potestati. Princeps suam potestatem iis circumscribit limitibus, ut non omnibus rescriptis a se emissis autoritatem rei judicatae relinquat, ut ne quidem publicatione intercedente iisdem hanc autoritatem rei judicatae accedere statuat, sed Rescripta sua in tantum hoc robur sortiri velit, in quantum utraque pars desuper auditæ, judex vero sibi haud religione ducere posset, Decretis suis absque causæ cognitione datis propter publicationem à se sponte ac proprio conatu adhibitam virtutem rei judicatae superaddere.

XLIII.

Genuinus vero effectus Decreti distributionis est, quod finem imponat Concursus processui, creditores suam urgere queant solutionem, judici ulterius non integrum sit debitoris bona, qualiacunque sint, in sua custodia retinere, sed vel invitus adigitur ad satisfaciendum creditoribus. Finem itaque imponit Decretum hoc processui Concursus, & mihi etiam finem imponere specimini huic

Inaugurali placet.





(35)

itatione qua ad alias sententias convoca-

§. XXXIX.

n abest ut hisce rationibus à semel propo-
me demoveri patiar, ut potius intrepide
prorsus iisdem ponderis constare. Nam
equidem Decreta & Sententias stricte sic
enserit Jure. Nego vero in censum horum
nire Decreta distributionis, sed distinctio-
ni rem componendam duco, scilicet an
res inter partes litigantes controversa
a nimirum causæ cognitione, an vero De-
ion decidendi gratia interveniat. Prioris
referunt indolem sententiarum late sic di-
rioris vero generis Decreta respuunt pro-
rem. Quorū etiam referendum Decre-
nis.

§. XXXX.

necessitate actus ad effectum rei judicatæ
llatio. Quis enim in dubium vocabit, mul-
tiales processuum summopere necessa-
omnis virtutes rei judicatæ expertes. An-
tiones à judge emissæ, dilationes, præ-
creta confirmatoria, Constitutiones tu-
rum, oculares inspectiones, Registraturæ,
quidi, aq[ue] necessariæ sunt ac ipsum De-
isionis, nemo tamen sibi persuadebit, vel uni-
ere virtutem rei judicatæ.

§. XXXXI.

ubium sponte corruit, si modo perpenda-
distributionis vel ea complecti, quæ in sen-
tentiis vires rei judicatæ jam nactis sunt de-
odnam creditum pro liquido sit haben-
creditor alteri in solutione sit præferen-
subit solummodo vices executoris rei ju-
ne hisce sententiis gerat morem & judex
omnis

E 2